

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Secvndus ethicorum

urn:nbn:de:bsz:31-106587

IN ETHICA ARIST.

quod priusquam constitutum erat, nihil reserebat
 sic aut aliter fieri. De consulto & inconsulto admisse.
 In consulto admissa condonantur, si quis peccet
 ignorantia facti. Quod si ignorantia peccat, non ta
 men errore sed affectu, neq; naturali, neq; humano
 impulsus, nō condonantur. Volenti non fit iniuria.
 Causa, quia potest unusquisq; de suo iure concede
 re. Si ius donandi habeo, quare etiā non habeo quod s.
 sinam me prudentem falli, & decipi. Iusta sunt alia
 κατὰ ἐπιεικείαν, alia κατὰ τὸ ἀκριβοδίκαιον.

Ἐπιεικεία cum iuris acerbitas mitigatur. Habet
 causam q; inferiores leges superioribus corriguntur.

Ἀκριβοδίκαιον ius strictum.

SECUNDVS ETHICORVM

De causa, virtutis cause sunt. Iudicium ratio
 nis, & uoluntas obtemperans, & mouens ad recte
 agendum. Crebræ actiones pariunt habitum, is uo
 catur uirtus. Sic quoq; artes comparantur.

Intellectus Ars Prudentia &

Habitus Animi uirtus.

Potentie duplices Irrationales.
 Rationales.

Affectus

Tria sunt in anima Potentia

Habitus

COMMENTARIA

Affectus est uel breuis uel durabilis motus, prosequens ea quæ bona sunt uisa, aut fugiens ac depelles ea quæ mala sunt uisa. Habet affectus in natura organa. Virtus igitur non est affectus, nã ij in nascuntur, sed uirtus non in nascitur.

Consulatio Stoicorum, qui sapientem uolunt esse
 ἀρετῆς.

1. Affectus & appetitio ex natura eximi non possunt.

Sunt alij affectus à ratione dissentientes, quos hausimus ex peccato originis, ut ambitio & c.

2. Alij rationi conueniunt, ut amor parentum, & hæc sunt σοφῶν φρονεῖν, hi sunt creature Dei bonæ, quia aut in hac carne hærent, contaminantur & ipsi.

3. Spiritus sanctus nouos affectus in mentes inserit, ergo non conuenit Stoicorum sententia cum E = uangelio.

4. Christiana uirtus sunt affectus à spiritu sancto insiti. Deinde pergit Aristoteles & concludit, uirtutem neq; potentiam esse. Nam & potentie nobiscum nascuntur. Reliquum igitur est à sufficienti enumeratione ratione, ut genus uirtutis sit habitus.

VIRTUS QUID

5. Est habitus qui mediocritate seruat, cum in affectibus tum in contrahendo. Sic refertur uirtus ad

IN E
 mediocritatem,
 mediocritas illi
 intelligenda, &
 diu rem, sed
 bitio, & pr
 or, aliquand
 Geometria
 tione semper
 narum res
 Virtus
 eundum no
 dum pruden
 suscipit acti
 Secundu
 dum dicunt
 rietate rer
 VI
 Timiditas
 Sordes
 iungo regē
 Humilis an
 Cupiditas h
 Lentus anit
 Dissimulatio

IN ETHICA ARIST.

mediocritatem, omne enim nimium vitiosum. Porro mediocritas illa non est exacte sed ἐν ᾧ τὸ ἐπιεικὲς intelligenda, & conuenit sumere medium, non secunda rem, sed secundum nos, pro prudentis uiri arbitrio, & pro ut res postulat: aliquando sit seuerior, aliquando remissior &c. Atq; ea est proportio Geometria. Arithmetica est, quæ medium certa ratione semper sumitur, nullo neq; rerum neq; personarum respectu.

Virtus est habitus electiuus in mediocritate secundum nos consistens, certa ratione, quemadmodum prudens iudicabit. προαίρεσις τῆς ἐπιεικείας quæ suscipit actionem consulto, seu certo iudicio.

Secundum nos, non secundum rem, quemadmodum dicunt Magistratum esse animam legum, pro uarietate rerum & personarum illud medium uariat

VIRTUTVM DIVISIO.

Timiditas	Fortitudo	Audacia
	Temperantia	Intemperantia
Sordes	Liberalitas	Profusio
μικροπρέπεια	μεγαλοπρέπεια	Βασιλίσια
Humilis animus	Magnitudo animi,	Fastus
Cupiditas honoris		Ambitio
Lentus animus	Mansuetudo	Iracundia
Disimulatio	Veritas	Vanitas